21 Edw. III. 59 Escheť.

Johannes de Vaux teñ feodū miť in Pet, Checksell, et Revencombe.

4 Hen. IV. Escheť [No. 41.]

Heř Wilhelmi Ore (ut supra) teñ de Edwardo coñ Stafford. [*Fol.* 28b.]

B. W. G.

(To be continued.)

DEED RELATING TO AN ESTATE IN THE LORDSHIP OF KILVEY, CO. GLAMORGAN, 4 EDW. II. 1311.

From the original in the possession of George Grant Francis, Esq. F.S.A., Hon. Librarian of the Royal Institution of South Wales.

PATEAT universis per presentes quod Ego Madocus ap Rees tam pro me quam pro heredibus meis et assignatis sive executoribus meis remisi relaxavi et omnino quiete clamavi inperpetuum Meur' War ap Meur Vachan de Kylvey heredibus suis et assignatis totum jus et clamium quod habui vel aliquo modo habere potui in illa terra que vocatur Tyrtangustel in Kylvey ratione quarundam expensarum quas circa eandem terram quondam feci, quas quidem dictas expensas predictus Meyr' War mihi plenarie restituit Ita quod nec ego nec heredes mei neque assignati neque executores mei nec aliquis alius per me vel pro me seu nomine meo versus prefatum Meur' War heredes suos vel assignatos aliquam actionem calumpniam sive demandam ratione dicte terre sive dictarum expensarum instigare vel habere sive vendicare poterimus inperpetuum In cujus rei testimonium presentibus sigillum meum apposui. Hiis testibus, Renewrico Vachan tunc senescallo de Kylvey, Johanne Tuder clerico, Wylym ap Meyr' Vachan, Howel ap Morgan et multis aliis. Datum apud Kylvey die dominica proxime post festum sancti Georgii martyris anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi quarto. (*Seal lost.*)

By this deed Madoc ap Rees released to Meyrick War, son of Meyrick Vachan, a claim which he had possessed on the land of Tyrtangustel in Kylvey in consequence of certain expenses which he had laid out thereon, probably as the tenant, or possibly as a mason employed in certain buildings. The expenses had now been discharged, and his lien on the property consequently ceased. The form of the deed, as originating from such circumstances, is believed to be unusual.